et profectionem cordis ab eis exigeret
et intrabit sine dubio et cenabit
cum eo. et delicias tam
lustrate suscipiet. hec supra
dicebat: Domus mea est. et ego
eius habitator. sicut ipse dicit:
Qui diligit me diligitur a patre
meo. et ego diligam eum. et ma
nifestabo ei me ipsum. et
ego et pater ad eum veniemus. et
mansionem apud eum faciemus.
Et post hanc correptionem. quid
bonis actibus promittat dicit:
Qui vicerit. dabo illi sedere mecum
in sedem meam sicut et ego vici
et sedeo cum patre meo in throno
ipsius. Consessorem quem dicit
participem potestatis eum promittit.
Nam cum dicat in sede patris
sedisse quomodo cum illos se
debit qui vicerit. cum ipse uni
genitus in sede patris potesta
te sedeat. sicut ipse ait.
Celum et terram ego impleo.
quid est ergo in throno dei sedere
nisi quiescere et iam cum deo
et celebrantes ad dextere tribunalibus
vias inconcussa presen
tia illius felicitate gaudere.
Qui habet aures audiendi audiat
quid spiritus dicat ecclesiis.

EXPLICIT STORIE SETEM
ECLESIARUM NUMERA